

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiarvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

453. An, & qualiter per negligentiam electi in petendo, & hinc evacuatâ electione jus remaneat Electoribus procedendi ad novam electionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

*elect. n. 307. Laym. in qq. can. de elect. q. 108. Azor. p. 2. l. 6. c. 16. q. 2. Donat. Tom. 2. tr. 6. q. 3. n. 1. & tr. 7. q. 3. n. 1. cum communi juxta expressum textum cit. c. quām sit. de elect. in 6. Quod idem locum habere in postulato, nimur ut intra trimestre à postulantibus petatur postulationis acceptatio, tradunt Laym. Pirk. ll. cit. cum Gl. in cit. c. quām sit. v. vacuerur. Sufficit autem si petatur intra illud trimestre confirmation: nec ad evitandam penam ueniente est, ut confirmation obtineatur. Pass. de elect. c. 33. n. 51. cum Gl. in c. quām sit. v. petere. Siquidem ex momento hujusmodi petitionis legitimè & canonice facta constituitur in electo jus irrefractabile, etiam si ipsa confirmatio non sequatur. Lott. l. 3. q. 17. n. 203. argumento c. cum inter canonicos. & c. cum dilectus. de elect.*

*2. Neque etiam hoc tempus ad petendum datum currit legitimè impedito. Pirk. Laym. Azor. ll. cit. Pass. n. 54. juxta expressum textum c. quām sit. ubi: si justo impedimento cessante &c. Qualia impedimenta ponuntur à Gl. in cit. c. v. impedimento. infirmitas, viarum discriminem, Superioris seu confirmatoris impedimentum, frequens curiæ mutatio, tempestas maritima, vis fluminum &c. Proinde hoc tempus est utile, non continuum, alia maxima resultaret iniqüitas. Lott. loc. cit. n. 203. juxta Gl. in c. quām sit. v. obtainere & v. petere. Ubi & illud notandum, quod dictum supra ex Pass. n. 45. nempe quod, si electus fuerit impeditus, non teneatur petere confirmationem per procuratorem, nisi terminis. c. cupientes.*

**Questio 451.** *Qualiter ad evitandas penas statutas negligentibus petere confirmationem, debeat probari hujuscemodi impedimentum?*

**R**espondeo: debet electus, qui passus est labi hujusmodi tempus, docere, fecisse se quidquid in se fuit, justificando justum impedimentum. Lott. loc. cit. n. 208. juxta c. cupientes. de elect. §. insuper. & ibi Archid. n. 4. Neque excusandum illum, qui probaret se ad Curiam accessisse in tempore praestituto; verum non potuisse habere copiam Papæ aut illius ministrorum, nisi de hoc simul solenniter protestatus fuisset, tradit Lott. loc. cit. n. 209. cum Gl. in c. cupientes. §. quod si per viginti. v. proposta. & Franc. de Marcha decisi. 1324. p. 1. in princip. Imone excusandum, si post personalem accessum ad Papam, pro positâ sua petitione, re infectâ illicitius status à Curia recessisset, tradit Idem Lott. n. 210. citato c. si postquam, delect. in 6. Gl. in c. cupientes. ubi ante V. comparare & Franc. de March. ubi ante n. 2. Verum loquitur Lott. de tempore constituto in c. cupientes, de quo paulo post.

**Questio 452.** *Quae pena statuta negligentibus petere confirmationem intra illud trimestre?*

**R**espondeo: amissio illus quæsiti electo ex electione. Barbos. juris eccl. l. 3. c. 14. n. 27. Pass. loc. cit. n. 53. Pirk. Laym. Azor. ll. cit. Electione siquidem, ut dicitur in c. quām sit, eo ipso viribus evanescatur, seu ipso facto & jure irrita censetur. Proinde hic Canon & pena non est sententia ferenda, sed latè; ita ut nullâ opus sit alia declaratio super privatione juris quæsiti electo. Pirk. loc. cit. n. 308. Pass. cit. n. 53. citans Franc. in c. quām sit. n. 4. Gemin. ibid. n. 5. Barbos. ibid. num. 10. Suar. de LL. l. 5. c. 6. n. 4. cuius contrarium erat omis, seu jure

antiquo, dum, si electus post præstitum electioni consensum non petierat confirmationem, nunquam propterea privabatur jure sibi quæsito per electionem; sed per Superiorum cogebatur petere confirmationem. Pirk. cit. n. 308. in fine. citans Gl. in c. quām sit. v. evanescatur. Censetur autem in tantum jus illud quæstum electo resolutum per negligentiam illam in petendo, ut etiamsi sequatur post elapsum illud tempus confirmatio, sit ipso jure nulla. Pirk. cit. n. 308. Lott. l. 3. q. 17. n. 204. nisi forte confirmatione lcienter, seu ex certa scientia ab eo, qui alias suo jure conferre poterat Prælaturam, facta fuisset. Pirk. Lott. ll. cit. cum gl. in c. quām sit. v. vacuerur, ad finem. Porro vis illa resolutiva juris quæsiti non consistit in contemptu, sed in simplici negligencia. Lott. n. 206. cum Gl. in c. cupientes. v. expiat.

**Questio 453.** *An, & qualiter per negligentiam electi in petendo, & hinc evanescere electione, jus remaneat Electoribus procedendi ad novam electionem?*

**R**espondeo: electo negligente intra illud trimestre petendo, nationem suū, non est ed ipso extincta pro illa vice in Capitulo facultas eligendi, jure providendi devoluto ad Superiorum; sed resolutio ob negligentiam illam jure quæsito per electionem electo, redintegratur potestas Capituli pro nova electione, ac si nova contigisset vacatio, aut ac si nulla contigisset adhuc electio. Pirk. cit. n. 308. Pass. n. 51. Lott. l. 3. q. 17. n. 212. juxta c. selectione. de elect. in 6. Unde jam etiā tempus integrum datum ad eligendum à jure communi habent electores. Addit tamen Lott. n. 213. quod, ubi jam presentata est electio Papæ, per negligentiam in prosequendo eandem extingui in Capitulo pro ea vice facultatem eligendi, seu eligendi iteratō, potestate providendi devolutā ad Papam. Et quidem ut ait Lott. n. 214. non ex sola ratione plenitudinis potestatis aut celerioris expeditionis; sed quia beneficium hoc ipso jam censetur & manet affectum Papæ, ut ideo, non fecus ac per appellacionem ligentur manus quorumcunque inferiorum per hanc deviationem in manibus Papæ.

**Questio 454.** *An superior possit abbreviare illud trimestre à jure communi datum ad petendam confirmationem, electumque compellere ad citius eam petendam?*

**R**espondeo: id eum posse ex legitima causa. Pass. loc. cit. n. 52. citans Franc. in c. quām sit. §. ceterum. n. 2. Gemin. n. 3. siquidem, sicut ubi confirmatori constat de electione & consensu electi, potest, quandoquaque voluerit, electionem inventam canonicam confirmare, ita ex officio potest inquirere & instare, ut quam cito habeat decretum electionis; quia agitur de utilitate Ecclesiæ, quam ipse ex officio promovere potest. Estque assignatio illa trimestris indulgentia facta electo, ut autem non censeatur negligens, & puniatur ut talis; non tamen ligantur per hoc manus Superioris, quin ex rationabili causa possit abbreviare, seu non exceptare hoc trimestre, & compellere, ut in tempore breviore sibi scripturæ electionis consignentur, & pro confirmatione instetur, vel etiam nullo instante electionem confirmet, si Ecclesiæ utilitas sic posuerit, & electus consenserit electioni, eique non renunciarit. Pass. loc. cit.

*Questio*